

Replébimur in bonis domus tuæ:
* sanctum est templum tuum, mi-
rābile in æquitāte.


Exaúdi nos Deus salutáris no-
ster, * spes ómnium finium terræ,
et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua,
accíntus poténtia: * qui contúr-
bas profúndum maris, sonum flú-
ctuum ejus.

Turbabúntur gentes, et timébunt
qui hábitant términos a signis
tuis: * éxitus matutíni et vespere
delectábis.

Visitásti terram et inebriásti
eam: * multiplicásti locupletáre
eam.

2. Antiphona.



3. Antiphona.

Ton. VII. Fin. 1.



Ps. 62. De-us, De-us me-us. U e a e i.

Psalmus 62.

Deus, Deus meus, * ad te de
luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam
multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et in-
aquósa: * sic in sancto apparui

Flumen Dei replétum est aquis,
parásti cibum illórum: * quóniam
ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inébria, multiplica
genimina ejus: * in stillicídiis
ejus lætábitur germinans.

Benedices corónæ anni benigni-
tátis tuæ: * et campi tui reple-
búntur ubertate.

Pinguéscent speciósa desérti: *
et exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, et
valles abundábunt fruménto: *
clamábunt, etenim hymnum di-
cent.

Réquiem ætérnam.

* et in nómine tuo levábo ma-
nus meas.

Sicut ádipe et pinguédine re-
pleátur ánima mea: * et lábiis
exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum
meum, in matutínis meditabor in
te: * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum
exsultábo, adhæsit ánima mea

post te: * me suscepit dextera
tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt
ánimam meam, introíbunt in in-
ferióra terræ: * tradéntur in ma-
nus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, lau-
dabúntur omnes qui jurant in eo:
* quia obstructum est os loquén-
tium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, et bene-
dicat nobis: * illúminet vul-
tum suum super nos, et misereá-
tur nostri,

Ut cognoscámus in terra viam
tuam: * in ómnibus géntibus sa-
lutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus:
* confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur, et exsúltent gentes: *

quóniam júdicas pópulos in æqui-
tate, et gentes in terra dírgis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus:
confiteántur tibi pópuli omnes: *
terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus no-
ster, benedícat nos Deus: * et
métuant eum omnes fines terræ.

Réquiem ætérnam.

3. Antiphona.



Me sus-cé-pit déx-te-ra tu-a, Dó-mi-ne.

4. Antiphona.

Ton. II.



A por-ta ín-fe-ri é-ru-e, Dó-mi-ne, á-nimam me-am.



Cant. Ezech. E-go di-xi: in di-mí-di-o di-é-rum



me-ó-rum. U e a e i.

Canticum Ezechiae. Isai. 38.

Ego dixi: In dimidio diérum meórum * vadam ad portas inferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum: * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non adspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est; et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum:

Præcísá est velut a texénte, vita mea: dum adhuc ordírer, succídít me: * de mane usque ad vésperam finies me.

Sperábam usque ad mane, * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea:

De mane usque ad vésperam finies me: * sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut colúmba:

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsu:

Dómine, vim pátiór, respónde

pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, et in talibus vita spíritus mei, corripies me, et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima:

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret, * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non exspectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et égo hódie: * pater filiis notam faciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, * et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Réquiem ætérnam.

4. Antiphona.



A por-ta ín-fe-ri é - ru-e, Dó-mine, á - nimam me-am.

5. Antiphona.

Ton. VII. Fin. 3.



O-mnis spí-ri-tus lau-det Dó-mi-num. Ps. 148. Lau-dá-te



Dó-mi-num de cœ-lis. U e a e i.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum posuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracones, et omnes abýssi:

Ignis, grando, nix, glácies, spí-

ritus procellárum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstia, et unívrsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennátæ.

Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióríbus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum, et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino canticum novum: * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in týmpano et psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * et exaltábit mansuétos in salutem.

Exsultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in má-nibus eórum:

Ad faciéndam vindictam in nationibus, * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut faciant in eis judícium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitudinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam.

5. Antiphona.



O-mnis spí-ri-tus lau-det Dó-mi-num.



V. Au-dí-vi vo-cem de cœ-lo dí-cén-tem mi-hi.



R. Be-á-ti mór-tu-i qui in Dó-mi-no mo-ri-ún-tur.

Antiphona.

Ton. II.



E-go sum re-sur-ré-cti-o, et vi-ta: qui cre-dit in me,



é-ti-am si mór-tu-us fú-e-rit, vi-vet, et omnis qui vi-vit,



et cre-dit in me, non mo-ri-é-tur in æ-térnum.



Cant. Zach. 1. Be-ne-dí-ctus Dó-mi-nus De-us Is-ra-ël. *



2. Et e-ré-xit cor-nu sa-lú-tis no-bis. U e a e i.

Canticum Zachariæ. Luc. 1. g.

Benedictus Dóminus Deus Is-raël: * quia visitávit, et fecit redemptionem plebis suæ:

Et eréxit cornu salutis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciendam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * dátúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi,

In sanctítate et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altíssimi vocáberis: * præbis enim ante

faciem Dómini, paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salutis plèbi ejus: * in remissionem peccatórum eórum.

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto.

Illumináre his, qui in ténébris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



E-go sum re-sur-ré-cti-o, et vi-ta: qui cre-dit in me,



é-ti-am si mór-tu-us fú-e-rit, vi-vet, et omnis qui vi-vit,



et cre-dit in me, non mo-ri-é-tur in æ-térnum.

Deinde, Pater noster.

6. Psalmus De profúndis. (pag. 150) cum Precibus et Oratiónibus Officío congruentibus, ut supra in Vesperis (pag. 153—157).

